

P V I S

1 6 1 8



Leonardi Ritteri susii Paraphrasis Psalmi ac meptis lic
 ii. Borsmanni paraphrasis Psalmer. Matur, 121. 91. 125. 124.
 iii. Borsmanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.
 iv. Borsmanni paraphrasis Psalmis 63.
 v. Borsmanni Epipremption Psalmorum 91. 97.
 vi. Borsmanni Psalmi 104. 0. 19.
 vii. Borsmanni Paraphrasis Provenie Tunc cipi bisuttino ab Alberto Voito dictus.
 viii. Mundorphii paraphrasis Tunc.
 ix. M. Isaac Gregorii Tunc.
 x. Tunc
 xi. M. Theodori de Nativitate Christi.
 xii. Walteri Ode de Redemtionis Operae.
 xiii. Opitii de Pectore Christi ad Inferos.
 xiv. Domini Heptastimulante Resurrectione.
 xv. Stentori ubiq impudentissimis.
 xvi. Trautmanni Instructio pro vero Luterano.
 xvii. Praetori Epst Germaniae ad Electores.
 xviii. Voiti eccluse ad Christianos Pr. habilit.
 xix. De reb. gestis tobiamis Ernesti Fr. Ans.
 xx. Henrici ab Eichen ad Mainicium. tunc.
 xxi. Abrahami Cremoni ad Electorem Brand.
 xxii. M. Amingi statulae in Nata len.
 Rudolphini Primiciae Ingaltin.
 xxiii. Voiti in Nuptias Rudolphini Pr. tunc.
 xxiv. Borsmanni Eclogae Rodolphus.
 xxv. Borsmanni Nuptias 2dias Rudolphini Pr.
 xxvi. Voiti et M. Jenne Nuptias eiusdem.
 xxvii. Parentalia Augusto Electori a D. Majore Sabita.

XXIX. Ecclae Johanni Ernesto.
 XXX. Angelus ad Bartholem de Wessmitz.
 XXXI. Memoria Damocli Dieproldii.
 XXXII. Abramini Cremoni propemptionia.
 XXXIII. Propemptionia Fusceli et Cremoni dicta.
 XXXIV. M. Victorii, cum renunciaretp Rektor.
 XXXV. Ode Sapphica in Doctores Honoratus
 Fusceli et.
 XXXVI. In Magisteriu Honore Dan. Crizan
 XXXVII. Hermanni in honorem Magister
 XXXVIII. Et. Rektorii in Magisterium Haberlandi.
 XXXIX. In Magisteriu Coppenii
 XL. Betzmanni Herderiani.
 XLI. Crizanii Vogeleri.
 XLII. Abramini Theopoldi.
 XLIII. M. Coppenii Gratiani. tunc in Magist
 XLIV. De Pignitate Consulari Trescic.
 XLV. De Pignitate Notariatus Gelani.
 XLVI. Apocrimonum Politiorum Regula.
 XLVII. Nuttius Petri a Zena.
 XLVIII. Puendori.
 XLIX. Richardi.
 L. Wolfgangi Hanen.

Ec. 11

XCIIX.
EPITHALAMIA

à

IOANNE CRAMERO, I.V.D.& P.L.
IN HONOREM NUPTIARUM
Clarissimi & consultissimi Viri,

Dn. CYRIACI HER-
DESIANI, I. V. D. IN AVLA SER-
bestanâ consiliarii, ibidemq; in illustri
Brabeutrio iurium Antistitis, S P O N S I,
N E C N O N

Lectissimæ, Pudicissimæ, atq; Piæ Virginis,

M A R T H Æ,

Dn. Martini Coleri JC. celeberrimi p. m.

relictæ filiæ,

Dn. Matthæi VVesenbeccii JC. excellen-

tissimi ex filiâ neptis, S P O N S A E,

Serbestæ XXII. April. Anno 1616. celebratarum,

Ad significandam fraternitatem & amicitiam suam
sinceram, quam ipse cum Dn. Sponso primùm in hoc illustri Sor-
borum Gymnasio contraxit, postea in antiquissimâ & celeberrimâ
Hai delbergensium Academiâ quotidianâ conversatione seriò con-
firmavit, & tandem hîc Serbestæ, cùm uterq; ex Italiâ, Galliâ, Portu-
gallîâ, Hispaniâ, Angliâ, Hollandiâ, Zeelandiâ, Flandriâ, Brabantia,
&c. summis laboribus cum vario vitæ discrimine per mare per terras
exhaustis, singulari Dei favore & clementiâ, non sine laude in patri-
am ad suos salvus & in columnis reversus fuisset, in omnem
æternitatem duraturam animitus renovavit,

Bonæ scevæ ergo scripta.

Ex officinâ Zachariæ Dörrferi, ANNO

Ce DIT a Mor rebVs, res age s ViVs ages.

M DCXVI




ETIAM ALIA

JOANNES CARMELITANUS
IN HONORUM



SPONSUS AD SPONSAM.

MARTHA mei cordis pars maxima, carior auro,
Argentoq; meum tu pete sola torum.
Tu mihi sola places, reliquas non curo **SUPERBAS**,
Tu pia, tu casta es, tu mihi sola places.
Sola places, sola placuisti, sola placebis,
Solaq; tristitia dulce levamen eris.





SONETTO ITALIANO

AI

Multo Illustre e chiarissimo Signore Spo-
so, fratello & amico suo bonissimo.

STànotte nel tuo letto, Signor mio,
Sarà teco vergine di granfama,
Che basciare strettamente con brama,
Et amare di cuore comanda Iddio.

Per la qual cosa guardi bene, dic' io,
D'ogni hora, lei per certo venerà, e lama
D'oro e d'argento porterà senzatrama.
Ecco! sta fuora, e batte, aprite l'uscio.

Questa alla tua buona gratia bella
Se raccomanda coraggiosamente,
Altuo piacere, come Donzella
Bisogna, sodisfarà honestamente.

Però abbracci la pudica agnella,
E sempre ami la grandissimamente.

A 2 Idem

Idem ad placitum Antiquariorum Latinè redditum.


HOc noctis, Herdesiane mellitissime,
Lectus tui es cit puer a famigerabilis
Consors, lacertis quam expapillatis Deus
Te amplecti, & auscularier volt valgiter.

Omni ergo vigilantissimus sis momine,
Et præstola, à vespennâ eapse extempulò,
Haut immemor tis, fulgida egregiissimâ
Calanticâ, encombomatisq; bellulis
Ad te venibit. Eccere! batuit ostium
Socienna corgò eapse, portam aperi oxymè.

Dapaticè hæc endogrediens, medullitus
Tuam expetessit gratiam, superrimum
Hoc virgo luci, dum voluntatem tuam
Cupienter explet; nec maritas ut decet
Emancupatas, pitpit abdicat tibi.

Oculissimam ergo nullus hanc expectora,
Sed cole, favor ut bonus, & etatèm cale.

ALI-



ALIUD.

OQuàm digna tuum, HERDESIANE, puella
salutat,
Quâ cum faustus inis fœdera sancta, torum!
Ipsa etenim claro DOCTORUM stemmate nata,
Egregiè illustrat stemma; decusq; tuum.
Vel patrem, vel avum Sponsæ si mente revolvas,
JC^{tus} summus uterq; cluet.
Nec multis opus est verbis, testantur abunde
Clara WITENBERGAE, clara lycea JENAE;
Queis legum nodos, queis torta volumina Juris
Perspicuâ explicuit mente WESENBECIUS.
Cujus utroq; satis doctrinam in jure stupendam
ITALUS extollit, durus IBERUS amat.
GALLIA cui nunquam reperit, peperitq; nec AN-
GLI,
Nec GERMANA parem gens aluere virum.
Scripta COLERORUM quis nescit? Teutona tel-
Consiliis quorum sæpius usâ fuit. (lus
Qui superat reliquos JURIS tantu arte PERITOS,
Astrorum quantum Lucifer ipse choros.

A 3

Sponse

SPonse tibi gaude, tibi plaudere, & virgine tali
Exulta, illustrat quam bona fama patrum.
Quam Virtus ornat; quam summa Modestia,
Candor,

Simplicitas, Probitas cum Pietate beant.
Hanc tibi præ reliquis, fatis votisq; petitam
Connubio jungit, dat propriamq; DEUS.
Hanc reverenter habe; hanc complectere, diligere;
cordis

Ceu partē hanc Arte, hanc protege Marte tui.
Tu quoq; Sponsa tibi tali lætare marito,

Quem DOCTORATUS nobilitavit Honor.

Propria quē Virtus, quem propria facta per orbem
Illustrem famā, nominibusq; ferunt.

Qui mores hominum multorum vidit, & urbes;

Qui rediit linguis cultus, & arte domum.

ITALIA quem tellus, quem GALLIA, & AN-
GLIA, BELGAE,

HISPANIQ; suis jus docuere scholis.

Quem Ducis ASCANIÆ recreat Clementia,
passum

Multa pericla solo, multa pericla salo.

O pár compositum bene! claro stemmate clari

Ducitur in thalamum nata puella viri.

Quis dubitet nasci DOCTORES hisce maritis?

Qui Matris decorent stemmata, quiq; Patris.

Qua-



Qualis enim mater, talis quoq; filia; qualis
Est genitor, talis filius esse solet.

Sic bonus & fortis fortis de gente creatur;
In sobolem virtus sic cadit ipsa patrum.

Sic nunquam imbelles aquilæ peperere columbas;
Sic nunquam lepores gignit, alitq; leo.

Horat. lib. 4.
CARM. 9d. 4.

Vos ergo obscuri generis, famæq; puellæ
Cum malè quæsitis hinc procul este bonis.
Sunt aliæ, ingenui quas ducunt, scilicet istæ,
Quas Honor, & Pietas, Simplicitasq; probant.
Quas animi Candor, Gravitas, Virtusq; sequuntur;
Quas bona commendat fama, decusq; patrum.
Hic amor, hic requies, Deus hic virtute paratas
Fœcundat redas, divitiisq; beat.

Ingenuum ingenuus, famulam petit ipse minister;
Sic similis simili gaudet ubiq; toro.

Pastor Pastoris, Pistoris Pignora Pistor,
Pictoris Pictor Progeniemq; Perit.

Sartor sartorem, sutorem futor, arator
Agricolam, nautam navita vuult sacerum.

Ovid. Pont. 2.

5.

Ex figulo figulis, ex fabri sanguine fabris,
Ex Medico Medicis nata puella placet.

Astrologi Astrologus, Comitis Comes, ipseq; Prin-
ceps
Principis, & Regis Rex gener esse cupit.

Sic



Sic etiā DOCTOR DOCTORIS ducere gnatā,
Sic similem sociam gaudet habere tori.
Filia DOCTORIS, DOCTORIS adauget Ho-

- a) Plaut. Aul.
Laert. l. i. c. 4.
Plut. in apoph.
Lacenarum.
b) Proverb. c. 22
b. 1. Eccles. c. 7.
b. 2. Syrac. c. 41.
b. 15. Plaut.
Amph.
c) Thales Miles.
Hor. carm.
l. 3. od. 2. Sic.
Ital. b. 15. Virg.
b. en. Euripid.
in Androm.
d) Matth. c. 6.
b. 19.
e) Syrac. c. 41. b.
16. Periand.
Corinth.
f) Hor. 3. carm.
24.
g) Bias unus ex
sapient. per An
son. Plautus
Amph. act. 2.
Plut. in d.
apoph. Lacen.
h) Syrac. c. 26.
b. 18. & seq.
i) Syrac. c. eod.
b. 3.
k) Syr. c. 7. b. 21.
1) Prog. c. 31. b.
10. & seqq. Sy
rac. c. 26. b. 19.
& seqq.

nores,
Stemmata cum Titulis splendidiora facit.
Nec spernenda tamen, licet indotata veniret;
SAT DOTATA VENIT, SI SAT HONESTA VENIT. (a)
Namq; Honor & Virtus, omni pretiosior auro, (b)
Dignum laude virum morte perire vetant. (c)
Aurum surripiunt fures, (d) domus uritur ingens;
At Honor & Virtus tēpus in omne manent. (e)
Nec dos vera, rūdis populus quam jactitat, illa est;
Dos vera est Virtus; (f) dos Honor, atq; Pudor. (g)
Dos vera est Pietas; dos est bona fama parentum;
Dos timor ipse Dei; dos timor ipse Viri.
Dos mens casta est; dos mens sana in corpore sano;
Dos Pax; dos casti foedera casta tori.
Quis fictis veras dotes non præferat? illas
Impius acquirit; dat DEVS hasce piis.
Unde licet multis opibus cumuletur avarus;
Nil Virtute tamen, nil & Honore valet.
Sic licet in terris prostent pretio omnia; castam
AEre tamen Costam nemo parare potest. (h)
Casta Viro, DOMINū venerati dicitur, (i) auro (k)
Quæ longè, & cunctis anteferenda bonis. (l)
Ipsa



Ipsa etenim, DOMINI DONUM, (a) bene pectora mulcet, (b)

a) Proph. c. 1. b. 14.
Syr. c. eod. b. 3.
§ 17.

Cum mala, (c) quæ POENA est, maceret Herba,
Viri. (d)

b) Proph. c. 18. b.
22. c. 31. b. 11. §
22. Syr. eod. c. b.

Onimiūm felix, ex omni parte beatus,
Cui thalami sociam fata dedere bonam! (e)
Onimiūm infelix, ex nullâ parte beatus,
Cui thalami sociam fata dedere malam! (f)

c) Proph. c. 19. b.
33. c. 21. b. 9. §
19. c. 25. b. 24.
Syr. c. 25. b. 23.
§ seqq.

d) Syr. eod. c. b.
31. 32. c. 26. b. 10.

e) Syr. d. c. 25. b.
21. §. c. 26. b. 1.

Euripid. He-

siod. in oper.

f) Syr. c. 25. b.

23. § seqq.

g) Pitac. Myti.
Solon Atheni-
ens. Ovid. epist.

Detanira ad

Hercul.

h) Syr. c. 13. b. 20

i) Matth. c. b.
b. 19. Cato lib. 3.
dist. mor.

k) Plut. in Lac.

l) Matth. eod.
c. b. 33. Luc. c.
22. b. 31.

m) Syr. c. 25. b.

29. § 30.

n) Plaut. Asin.

§ Aul. Fran-
cis. Petrarcha
de optima do-
te dialog. 68.

Nicostrat. de
Nupt. Iupenal.

satyr. 6.

o) 1. Tim 4. b. 8.

I Nducendo igitur sis cautus, eris quoq; pastor,
Vel pistor, coctor vel quoq; Doctor eris;
Si faustam lecti sociam cupis, ecce! puellam
Junge parem, (g) sacerum felige in arte paré. (h)
Nec gazas, nec opes, (i) sed HONESTAM respice
mentem, (k)

Cum PIETATE, dabit cetera cuncta Deus. (l)

Gazæ dant odium, contemtum, jurgia, rixas; (m)

Doteq; Libertas venditur ipsa Viri. (n)

Sed Virtus, sed Honor, miti clementior agno,

Bina, tori vinclo, pectora Pace ligant.

Tū PIETAS, cūctis quæ dicitur UTILIS, (o) affert,

Gaudia multa Soli, gaudia multa Poli.

Qui sine dante DEO ducit cum dote puellam,

Is cum dote brevi tempore pauper erit.

Qui cum dante DEO ducit sine dote puellam,

Is sine dote brevi tempore dives erit.

B

Sic



Sic MALE, qui Domino diffidit, DICITUR ille;
Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat.

Psalms. 128. 5. 4. Sic BENE, qui Domino confidit, DICITUR ille,
Crœsus & est subitò, qui miser Irus erat.

Qui verò eximiam Genere, ac Virtute puellam
Corde, Dei jussu, non sine dote petit;
Ille, velut noster Sponsus, faustissimus; ille
Dives & ante homines; dives & ante Deum.

Si sapis, ut pestem, magnâ fuge dote puellas,
Quæ Virtute carent; quæ Pietate carent.

Inq; Deum sperans, supplex pia Numinia posce,
Uttibi contingat fœmina mente piâ.

Nam cū dote male, bona corpore, menteq; præstat;
Quæ sine dote, tamen cum Pietate venit.

Impia amat nummos, Satanamq; in pectore gestat;
Spernit & ipsa Virum; spernit & ipsa Deum.

Sed pia amat Verbum, CHRISTUMq; in pectore
gestat,

Curat & ipsa Deum; curat & ipsa Virum.

IMpius hîc instans, qui non pia pectora Sponsæ,
Sed tantùm dotem, quâ bene vivit, amat;
Multæ refers, inquit, mihi de Virtute, & Honore;
De Pietate refers; deq; Pudore refers.

Quid, quæsò, Pietas, quid Honor, quid maxima Vir.
Quid mēs casta, Pudor, Famaq; corp9 alunt? (tus,
Census



Census alit; **census** ditat; **dat census** honores;
Dives ubiq; placet; pauper ubiq; jacet.
Temporibus nostris quærenda PECUNIA pri-
mùm;

Gloria post nummos absq; labore venit.

Nil valet Ars, nil Mars, nil Gloria; maxima Virtus,
Si nihil attulerit, stabit & ipsa foris.

Nil juvat ad Gallos, Hispanos currere, & Anglos;
Mores & linguas nil didicisse juvat.

Optimus est dives, quamvis sit bestia; quamvis,
Ut claudus sutor, manserit usq; domi.

Ipse valet solus; solus præfertur & ipse
Omnibus; ipse Fori sceptrum tenere potest.

OPiger! ingenuum piget, & pudet ista profari;
Corpus alit, vestit cum Pietate (a) Labor. (b)
Qui pius est, minimè curat, quâ veste tegatur;
Unde cibi veniant; undeq; sumat opes. (c)
Talia curârunt insano pectore gentes, (d)

Quas latuit, Domini se bonitate regi.

Ipse Deus, volucres qui pascit, (e) singula novit,
Qualibus indigeant corpora nostra bonis. (f)

Si tibi res angusta domi est, ORA, (g) atq; LABO-
Fide Deo fido pectore, dives eris. (i) (R.A. (h)

(a) c. 18. b. 3. c. 20. b. 34. i. Cor. 4. b. 12. Ephes. c. 4. b. 28. i. Thess. 20. b. 9. 2. Thess. 3. b. 8. g. 12.
i) Leb. c. 26. b. 3. Deut. c. 28. b. 1. 2. 3. 4. 5. b. Psalm. 34. b. 10. g. 11. Psalm. 37. b. 5. g. Ps.
55. b. 23. Proh. c. 10. b. 22. c. 15. b. 6. Syr. c. 1. b. 20. c. 32. b. 27. g. 28. Phil. c. 4. b. 6. i. Tim. 6. b. 17.
g. 18. i. Pet. 5. g. 7.

- a) Gen. c. 26. b. 3. 12. g. 13. c. 30. b. 27. Deut. c. 8. b. 17. g. 18.
- b) Proh. c. 12. b. 11. c. 13. b. 4. c. 14. b. 23. c. 28. b. 19. Syr. cap. 20. b. 30.
- c) Matth. c. 6. b. 25. g. 31. Luc. c. 12. b. 22. g. 29.
- d) Matth. cod. c. b. 32. Luc. cod. c. b. 30.
- e) Matth. cod. c. b. 26. Luc. cod. c. b. 24.
- f) Matth. cod. c. b. 32. Luc. cod. c. b. 30.
- g) Matth. c. 7. b. 9. g. 8. Luc. 11. b. 9. g. 10. c. 18. b. 1. Joh. c. 14. b. 13. Att. c. 10. b. 2. Rom. 12. b. 12. Ephes. c. 6. b. 18. Colos. c. 4. b. 2. Thes. c. 5. b. 17. h.) Gé. c. 3. b. 17. g. 18. Exod. c. 20. b. 19. g. 23. b. 12. c. 31. b. 15. c. 34. b. 21. g. c. 35. b. 2. Leb. c. 23. b. 3. Deut. 5. b. 13. Proh. c. 6. b. 6. g. seqq. c. 10. b. 4. c. 12. b. 24. c. 20. b. 4. Tob. c. 3. b. 19. Syr. c. 24. b. 27. c. 31. b. 27.

a) Ps. 112. 6. 3.
b) Ps. 145. 6. 18.
c) 19
c) (Ps. 128. 6. 2.
Act. c. 18. 6. 3 e.
20. 6. 34. 1. Cor.
4. 6. 12. 1. Thess.
2. 6. 9. 2. Thess. 3.
6. 8. 6. 12.
d) Frācis. Pe-
trarch. d. Dia-
log. 68. de opt.
dote.
e) Gen. c. 3 6. 17
E 18. c. 26. 6. 12.
Prov. c. 12. 6. 11.
f) c. 28. 6. 19.
Syr. c. 20. 6. 39.
1. Cor. 9. 6. 7. f.
10.
f) Cato li. 1. f.
4. dist. mor.
g) Nos. 1. in fin.
h) Periand. Co-
rinth. Pitac.
Mytileneus.
i) Matth. c. 6. 6.
33. Luc. c. 12. 6.
31.
k) Syr. c. 41. 6.
16. Horat.
l) Chrysost. in
Matth. Idem.
bom. s. Berna.
ad Eugenium
Cass. epist. li. 9.
epist. 8. Plaut.
in Merc. Me-
nand. Juben.
sat. 8. Amant.
ad Raimundū
Fuggerum, Co-

Nam Deus hunc opib. multis, & honorib. auget (a)
Qui firmā peragit vota, precesq; Fide. (b)
INGENUOS nutrit manū LABOR improbus,
(c) Uxor
DOTE suā PIGRUM pascit, alitq; Virum. (d)
Astris Astrologus, rastris se pascit arator, (e)
Miles Marte calet; Doctor & Arte valet.
Ars hominis vitam non deserit, (f) arte politos
Ars alit; ars ditat, prosperat; arsq; beat.
In nullā Juris Doctores vivere, nullā
Paupertate mori sacra Novella docet. (g)
Define nunc garrire piger, qui spernis honores;
Artem qui spernis, spernis & omne Decus.
Primū corde tuo PIETATEM quærito, (h) primū
VIRTUTEM; gratis cetera cuncta tenes. (i)
Virtus nobilitat; Virtus parat omnia; Virtus
Vivida quenq; pium post sua fata manet. (k)
Ingenium ingeniis, animis animum, artibus artes,
Moribus & mores composuisse juvat.
Itali & Hispani, Galli, Belgæq; superbos
PRINCIPIBUS mores commemorare juvat.
Externas linguas, monumentaq; prisca Sophorum,
Pontificum nugas, somnia nosse juvat.
Qui valet Arte, valet Marte, & Virtute, & Honore,
NOBILIS est, (l) quamvis villā, opibusq; caret.
drus Urceol. in epigr. Eurip. in Dictye. Idem in Alexand. Idem in Ino. Actydamus
Tragicus Atheniens. Cic. lib. 5. de Repub. c. 1. Idem in orat. contra Salust. Idem in epist.
44. ad Lucil. Demosth. 1. Olynth. Plut. in lib. contra nobil. Phalar. in epist. ad Axiochum.
Platina



Platina de verâ nobilitate. Æn. Syls. in hist. Cancredi Stob. serm. 84. Laert. lib. 6. Mag. serm. 63. Plut. in apoph. Roman. Panorm. l. 2. de rebus gestis Alphonsi Gregor. Nissen. apud Anton. Monach. in Melissa. Poggius Florentin. lib. de Nobilit. Erasm. Rotered. in simil.

Qui rudis est asinus, porcus, fera bestia, talis

Est, & erit, quamvis mille talenta tenet.

Quàm bene chorda lyræ resonat, cùm tardus asel-

lus,

Qui fidibus nescit ludere, plectra regit:

Tàm bene curatur Respub. tàm bene floret

Patria, cùm INDOCTI scepta regenda te-

nent.

Demonstr. &
apud Anton. in
Melissa. part. 1.
serm. 70. 5
Stob. serm. 2.

Hug. in didasc.
lib. 2. Polyb. li.
12. Histor. Plu-
tarach. in apoph
regum & Im-
per. Aristotel.
lib. 2. Rhetor.
Idem lib. 1. de
Legib. Idem ad
Q. Fratrem
Erasm. lib. 3.
apoph. Laert.
li. 6. c. 1. Xiphi-
lin. Dionis ab-
breviatur in
Augusto.

Nullus amet viduas; in virgine vivit amator;

In vetulâ moritur quippe misellus homo.

Nam sibi dum talé lucris spe jungit ad annū,

Hæc si ultra vivat, tristitia ille perit.

SIC SCELERATUS AMOR MULTOS

DECEPIT HABENDI,

IN DOMINUM QUI NON SPEM

POSUERE SUAM!

Si quis deceptus vanâ spe terq; quaterq;

Virginis à stolidæ fœdere pulsus abit;

Hoc minimè curet, **FACILIS JACTURA**

PUELLÆ;

Si non Lisa venit, Nisa, vel Anna venit.

B 3

Quæ



*Mel. 2. Art.
Propert. 2. 33.
Francis. Pe-
terarch. de uxo-
reformosa
dialog. 66.*

*Philippides
Eupid. in Ab-
cess.*

*Matth. c. 6. 6.
33. Luc. c. 12. 6.
31.*

Quæ si non forma, Virtute & Honore probatur,
Forma perit subito; Mens sed honesta manet.
Ex animi voto si non bene ducere possit,
Uxorem nullam, si sapit ipse, petat.
Est multò melius contemnere conjugis usum,
Quām sociæ injustæ jussa ferenda sequi.

AD te nunc redeo CLARISSIME SPONSE,
beatum
Conjuge quem tali nostra Thalia canit.
En!genus, en!proavos, clarorum stemma parentū,
Non bona, prima tibi quærere cura fuit.
En!genere, en! proavis, clarorum stemmate pa-
trum,
En!con sorte piâ, divitiisq; vales.
Qui primùm quærit Pietatem, quærit Honores,
Huic & opes reliquas adjicit ipse DEUS.
Es nimiùm felix; es terq; quaterq; beatus;
Dum tibi fata ferunt, quod pia vota volunt.
Nostra tui exemplum thalami si Musa sequatur,
Ductor conjugii, Doctor in arte clues.
Vive, valeq; diu suavi cum conjuge; semper
Candida Pax vobis adsit, & absit Eris.
Tot numeres annos, superes tot secla; quot urbes
GALLIA, quot turres **ITALA** terra tenet.

Jam



Jam pueri faciunt pueros, socialia lecti
Ante Alpha & Beta dum malè vincla petunt.

(*Parce Puer Pueros Parvos Protrudere Parve!*)

Parva Puer Profert Pignora, Parce Puer.)

Incipe tu parvos Mundo procudere mundos,

Qui tua, qui Mundi facta, decusq; canant.

(*Major Majores Majori Momine Massas*

Molitur Mundi, Munera Magna Mora.)

Sic WESENBECHI nomen, sic stemma COLERI,

HERDESIANORUM sic domus usq; vigent.



A L I U D.

V Irum quæ faciunt beatorem,

Fucundissime C R R I A C E sunt hæc:

Virtus cum Pietate, mens quieta,

Delicti agnitus, suiq; cordis

Pavor, salvificæ Fides Salutis.

Artes ingenuæ, salubre corpus,

Victus sufficiens, torus repletus

Liberis, populi favor, per orbem

Sparsa fama, pudica, casta, simplex;

Prudens fœmina, que suum maritum,

Non viros alios amans, bene audit.

Virum quæ faciunt beatorem

Fucundissime C R R I A C E sunt hæc.

F I N I S.

Incomoda immaturis nuptiis quando pueri procreant liberos, qui salt, legat a. pud Aristot.li. 7.Polit. c.16. De tempore optimo ducendi uxorē leg. Hesiod. Item Pier. Val. 37. p. 359: B.

Id 4212.
8°



Sb

PLG
VDM



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

AMIA

RO, I.V.D.& P.L.
NUP TIARUM
ultissimi Viri,

SCI HER-
AVLA SER-

idemq; in illustri
antistitis, SPONSI,
NON

x, atq; Piæ Virginis,
HÆ,
. celeberrimi p. m.
filia,
beccii JC. excellen-
is, SPONSAE,
no 1616. celebratarum,

tatem & amicitiam suam
so primùm in hoc illustri Sora-
na in antiquissimâ & celeberrimâ
tidianâ conversatione seriò con-
m uterq; ex Italiâ, Galliâ, Portu-
i, Zeelandiâ, Flandriâ, Brabantia,
tæ discrimine per mare per terras
lementiâ, non sine laude in patri-
is reversus fuisset, in omnem
n animitùs renovavit,
ergò scripta.

Dörrferi, ANNO
es ager vivus ages.

98

MDCXVI

